

1753.

2

1. Hyren, Georg Henr., Ord. ius. praecanuus: Iannis Lutonici Kronii . . . solennis inauguratio iustitiae praemissa brevi commentatio: De Langobardorum marpachis Germanorum marchallo.
2. Beermannus, Verige Christophorus Carolus: De expectativis fidelibus eamque collitione.
3. Bochmerus, Georgius Lutonius: Origines praecepsorum iurium archiepiscopi et S. R. T. electoris Poloniensis.
4. Bochmer, Georgius Lutonius, Ord. ius Decanus: In proti Eugenii Bernardi Banisci Bodite . . . solennis inauguratio iustitiae praemissa observatione: De archiepiscopis Polonicisbus archicancellariis per Germaniam sub Ottone M.
5. Bochmer, Georgius Lutonius, Ord. ius. Decanus: Theos' Christianus Clermont . . . Dissertationem solumminimis

praemissa observatione : De successione collateralium
olim negata in feudo ecclesiastico

6. Bochmer, Georgius Lidorius, b. j. iuris Doctor : De fiducia
Augusti Vaticani et Rulgeri Nicolai Stuteri solemnia in
jura eiusdem praemissa observatione : De feudo Campa-
niorum unter Glocken-Lied. 2 Scapul

7. Bochmerus, Georgius Lidorius : De iure mercatoris apificum 13
in concursu eisdem foris

8. Bochmer, G. Lidorius, b. j. iuris Dic. . . . procuratus.
Georgii Institoris Lindheimeri, Benjaminii Schneideri, Corpse 14
et Conrad Staudingeri solemnia inauguralia in Di-
cti, praemissa observatione : De legatis ex fiducionis
mittis praestantis.

9. Bochmerus, Georgius Lidorius : De iure principis
libertatem commerciorum restituendis in utili- 13
takem eisdem foris.

10. Brinckmann, Aug. Prof. Dr. : De sponsae parte
Iparis

11. Clermont, Thordus Christianus : De legibus privatis
sive in Germania observandis

12. Dathius, Georg Frideric Augustus : De felicitate negotiacionis
quaequum est in territorio, praesumitur etiam esse
in territorio

13. Fickerhagen, Francus Henricus : De habita status inter
privatis et statim familiae in re ducibilibus specie-
tato.

14. Gebauer, Georgius Christianus, Ord. iur. decanus :
Augusti Rudolfi Cesarei Bonnemanni et Clemens
in angaria invitat. Simil nonnulla : De agia
apud Germanos potestate et Tres Tirones. Capit. 4.
Commentatus.

15. Gebauer, Georgius Christianus, Ord. iur. decanus :
Francus Henricus Fickerhagen et Francus Pindack
et Clemens in angaria indicat. Simil nonnulla

18

de regia apud Germanos successione ad Sacra
German. Cap. 7. commentatur.

16. Fechner, Georgius Christianus, Ord. iur. Decanus: ad
Andreas Rudolfi de Ramdohr solemnia inaugura
iuritas. Simil nonnulla: de regia apud Germanos
nomine ad Taciti German. Cap. 7. commentatur.

17. Korn, Joannes Ludovicus: De iuribus et praerog
tivis I. R. S. marshallorum heraldicorum
contaminatis in Pappenheim.

18. Roetkerus, Dr. West: praelectionem . . . indica
praemissa historia coactata archicancellariatas
I. R. S. per statim post interregnum magnum
manuie continuati usque ad Imp. Proclam. E. styl
ex authenticis documentis hactenus ineditis a
probata.

C. 1103.

8,397, 156.
ORDINIS IVRIDICI

DECANVS 1753, 14
15.
8,397.

GEORGIVS CHRISTIANVS GEBÄVER D.

AD VIRI PRAENOBILISSIMI
AVGVSTI RVDOLFI IESAIAE
BVNEMANNI

SOLENNIA INAVGVRALIA
INVITAT

SIMVL NONNVLLA

DE

REGIA APVD GERMANOS POTESTATE
AD TACITI GERMAN. CAP. VII.

COMMENTATVR.

GOTTINGAE

PRELO GEORG. LVDOV. SCHVLTZII, ACAD. A TYPIS.

1753.

ORDINIS IMPERIALIS
DECIMAE
GEORGIAE CHRISTIANAE
GETBAER D.
AD M. VIT. VITENBERGENSEM
AUGUSTI RADOLFI HERALDE
BANTUINI
CÖLLENI A. INAGASATI
HIVATI
SINTI MONKUTI
EX
EGYPTI AND GERMANS POTESTATE
AD TURCIÆ GERMANICÆ CIVI
CÖLLENI

GOTTINGER
M. GEORG LUDV. SCHWARTZ. A. 1712.



VI

In Stadio, quod nuper, cum Generosissimi RAMDOH-
RII Honoribus praefarer, sum ingressus, nunc, alio
Praenobilissimo Candidato idem flagitante officium, pro-
gredi fert animus, maxime quod & explendi promissi fi-
des aurem simul mihi vellat. De Nomine Regis verna-
culo dictum: nunc ad eundem TACITI locum, et verba
capite VII. obvia:

REGES EX NOBILITATE SVMVNT
Regiam inter Germanos Potestatem ipsam coloribus COR-
NELIANIS adumbrabo. De origine illius potestatis
nonnulla nuper inspersi, et aliquod Divinitatis simulacrum
in ea apparere astrarui, nec hujus opinionis adhuc me poe-
nitet. Quid humanae naturae convenientius potest dici,

22

quam,



quam, ut uni Deo subiecta sunt omnia, ita in multitudine, quae peculiaris gentis formam induit, uni, communis salutis studio, pulchra imitatione parere debere omnes. In gratiam tamen eorum, quibus haec sublimiora videbuntur, quam ut in promiscuam multitudinem cadere possint a), adjiciam alium Regiae Potestatis fontem, haud paulo liquidorem. Satis constat inter omnes, militare agmen apte non posse regi, nisi ab uno, & inter ardua & ancipitia necesse esse, ut unus imperiet. Hoc Romanos adegit, octavo post anno, quam Reges ejecissent, regio equidem nomine dissimulato, cuius brutum odium Iunius ille Brutus intonsis Quiritibus persuaserat, ipsam rem amplecti, & Dictatorem creare, qui Magistrum Equitum dicebat, sed sibi obsequentem, quae etiam potestas tandem libertatem pessum dedit, et ex cuius favillis Princeps Romanus exortus est. Addas infinita coloniarum deductarum exempla, quibus cum longinquae et incertae fides essent querenda, per infestas nationes foret eundum, cum feris hominibusque forte pugnandum, non poterant non illi, qui eiusmodi demigrationis societatem inierant, res suas in exercitus speciem componere, & eligere ducem spectatae & virtutis & prudentiae virum, qui socios militari, sed justo & moderato imperio regereret, & in loca vel cupita vel saltim commoda deduceret, quo facto, cum ordinanda esset res publica, tane primum erat & facile, ut multitudo, quem vnum in itinere ductorem felicissimum erat experta, nunc etiam ciuitatis unum recto-

a) Agnoverunt tamen SVEVI SEMNONES regnatorem omnium deum, cetera subiecta atque parentia, teste TACITO German. c. 39.



Etorem constitui mallet. Elegans exemplum CORNELIVS NEPOS, ab infantia mihi carus, in *Miltiadis Vita* a) memoriae prodidit. Hic enim Atheniensium Chersonesum migraturorum dux, cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa aequitate res constituit: atque ipse ibdem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine: neque id magis imperio quam justitia consecutus. Iam cum omnes illae gentes, quas Aborigenes vocare soleo, merito habeantur generis humani in Orientis partibus post diluvium reparati totidem veluti coloniae, mihi quidem verisimilimum videatur, praeter paternam herilemque potestatem imperium unius fuisse in civitatibus recens conditis antiquissimum, maximeque naturale, donec Regum libido ac ambitio impotens subditorum patientiam in furorem verteret, ut, ex cuso tandem unius jugo, passim rerum summam vel *apicis* committerent, vel universus *omnes* eandem sibi vindicaret. Reperto ita fonte Regiae Potestatis, seu supremi in unum collati imperii, quo denum cunque nomine ille insigniatur, reperta simul est primaeva illius Potestatis et Imperii natura. Neque enim novas sedes quaesituri selec^to Duci se dabant mancipio, nec ut herilibus jussibus premeret agmen pro arbitrio, volebant: immo, ut commis se omnibus & facilem, cum universorum, tum etiam singulorum salutis studiosissimum, in jubendo moderatum, in judicando aequum, in subeundis periculis promptum & fortis, in pellendis idoneum & felicem praeberet, demigrantium erat votum, et unica Duci ad apiscendum in nova civitate imperium via: quo delato, intell-



telligebat satis ipse, a se neutiquam, instar dominatoris
~~ωνπευθύνοντος~~, gravi imperio civibus esse incubandum, sed
potestatem iis virtutibus, quibus erat parva, esse tuendam.
Exemplo nobis iterum est *Miltiades*, qui inter homines
Atticos, in libertatis studiosissima civitate natos educatos
que, his tamen artibus unus perpetuam potestatem &
natus est & tuitus. Rursus de Eo NEPOS alio in loco: a)
*Nam Chersonesi omnes illos quos habitarat annos perpetuam
obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus, sed
justus.* Non enim erat vi consecutus, sed suorum voluntate,
eamque potestatem bonitate retinuerat. Erat enim in Mil-
tiade cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo
tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna
auctoritas apud omnes civitates: nobile nomen: laus rei mi-
litaris maxima. Et in hunc modum etiam regna in Ger-
mania coepisse et perdurasse existimo, regia potestate cum
libertate populari pulcro conjuncta vinculo. Testis no-
bis locuples TACITVS, qui in nostro Capite VII. in
universum ait: *Nec Regibus infinita aut libera potestas.*
Quinam illi fines fuerint, intra quos Regia Potestas se
continere debebat, quaenam illa vincula Regum liber-
tati injecta, nec addidit TACITVS, nec addere facile fu-
it, cum ea inter tot gentes mirum in modum dubio pro-
cul variaverint. Nec levia fuisse in hac re differim,
primum locus eximius, Germaniae caput XXV. indicat,
ubi TACITVS gentium meminit, quae regnantur, mani-
festo indicio, alias fuisse gentes, quae non regnabantur.
Regnari hic non est: Regem habere: ita enim de omnibus
Germaniae Populis dicendum fuisse, eos regnari, sublata
di-

a) cap. VIII.

* * *

distinctione : sed Regiae potestatis vim in iis gentibus esse eminentiorem: populum regalis auctoritatis patientiorem. Rem plane singularem TACITVS noster idoneis firmavit exemplis. Capite XLIII. Trans Lygios Gothones REGNANTVR, PAVLO IAM ADDVCTIVS quam ceterae Germanorum Gentes, NON DVM tamen SVPRA LIBERTATEM. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, & ERGA REGES OBSEQVIVM. Gothones sunt finis Codani accolae. Rugiorum sedem nemo nescit. Lemovii forte inter utramque gentem coluere mediis. Capite XLIV. de Svitonibus ipso in Oceano sitis: Est apud illos et opibus honos, eoque VNVS IMPERITAT, NVLLIS IAM EXCEPTIONIBVS, NON PRECARIO IVRE PARENDI. Capite XLV. Svitonibus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod FEMINA DOMINATVR: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant: Ad haec PICHENAE: Degenerant a libertate, quia ceteri Germani fere omnes liberi, hi servi. Degenerant a servitute, quia servantes populi Regibus, ideoque hominibus servire solent, hi feminis. Addit GRONOVIVS: Forfasse recte Pichena. Ego tamen ambigebam metum, anno scripsisset Tacitus: non modo a libertate, sed etiam in servitute degenerant. Ego accesserim PICHENAE, & videatur GRONOVIVS offendisse ad vocem servitutem, qua omnimodam servitutem indicari existimavit, cum TACITVS ad eam, quam Svitones serviebant, vnicet reslexerit. Degenerarant, Svitones equidem a libertate in servitutem, Regibus maribus sine exceptionibus parentes; at Sitones ab hac servitute in aliam pejorem, etiam feminis, ut mihi vi-

de-



detur, perpetuo regnaticibus sine exceptionibus obsequiosi. Ascensus est in TACITI verbis manifestus, aut, si malis, de censu quidam: sed si mutaveris praepositionem, deest, ubi sublatum pedem ponas, cum omnino utraque gens in servitute regia fuerit. Ex istis autem locis clare appareat, Septentrionales gentes Australibus Regii Imperii fuisse patientiores, cuius rei causam idoneam ut extricem, saepe multumque annis, & varia commentus sum, sed quae mihi ipsi ita non placent, ut ea in publicum proferre audeam. Quare hanc ipsam quaestionem, qui factum sit, ut versus geminas Arctos innatus Germanis libertatis amor defixerit? excellenti cuidam ingenio merito solvendam relinquo, quod

Signum celsi glaciale poli,

Septem stellas Arcados uriae

propius intuetur. De his Regibus non habeo, quod dicam. Frustra in illis quaeferis regni modum, qui infinita potestate pollentes norunt, non alios fines sibi positos, quam propriae libidinis arbitrium. De Regibus itaque Gentium, quae non regnantur, sollicitus, potestatis regiae vestigia nonnulla indagabo. Geminum esse tempus, bellorum & pacis, inter omnes constat: ut utrumque recte gubernetur, ad eos pertinet, qui reipublicae praesunt. Pacis tempore ea cura ad Sacra pariter & Profana se extendit. Multum religio solita est suadere malorum, quod ne fiat, elaborandum est Custodi reipublicae. Sacerdotes, familiarius ad numen accedentes, ideoque reliquis venerabiles, ut publicae quieti salutique studeant, curandum est populi Gubernatoribus. Sacri ritus, sacrificia,

ficia, auguria, auspicia ut juvent publica consilia, ut regiae voluntati ne aduersentur, commoda ratione efficiendum ab iis, quorum recturae publica commoda sunt commendata. Et hujus rei vestigium est in Capite X. *Proprium Gentis, equorum quoque praesagia ac monitus experiri, publice aluntur iisdem nemoribus atque lucis, candidi & nullo mortali opere contatti, quos pressos sacro curru sacerdos ac REX VEL PRINCEPS CIVITATIS comitantur, hinnitusque ac fremitus observant.* Nullus dubito, & multum dignitatis hanc ceremoniam Regi apud populum conciliasse, &, quando Regi cum Sacerdote de negocio publico convenit, equos facros ad istius nutum hinnuisse & fremuisse. Quod ad Profanas easque publicas causas attinet, manifestum potestatis regiae neutiquam liberae nec infinitae argumentum in Capite XI. apparet, Comitia de minoribus majoribusque rebus haberi solita, de quibus alio tempore paulo curatius agam. In his tamen Regiae potestatis duas praerogativas observasse lubet, *Ius Comitia indicendi, & Ius in Comitiis primo loco dicendi, adeoque & praefidendi.* Illud ex TACITI verbis eruo: *jussi convenient. a) Iussisse autem non potuit,*
 nisi

a) Leviter locum inspicienti videbitur, TACITVM non hoc, quod dixi, sed plane contrarium memoriae prodidisse. Est enim ibidein: *nec jussi convenient, & omnino lectio est dubia.* Adscribam itaque fragmentum mearum in TACITI Germaniam notarum, ante hos triginta, & quod excurrit, annos multa diligentia compilatarum, quod iis illustratus TACITVS in Thesauri Antiquitatum Germanicarum a me ordinati, nunc in splendidissima Illustrissimi COMITIS BVNAVII Bibliotheca

b

de-



nisi ille, quem libera electione reliquis omnibus praeesse,
& gentem regere placuit, Rex vel Princeps. Hoc ex ipsa

TA-

delitescentis fronte apparere debebat. „*Nec iusſi*) In Artolphi
,,codice legitur : *nec iusſi* conveniunt, ut sit sensus, saepius
,,vocando, priusquam veniant, quod ab illis suapte sponte
,,non fiat. RHENANVS. Codex. Romae excusus, quem ego
,,vidi, *nec iusſi* conveniunt. ALTHAMMERVS. Bamber-
,,gensis *iusſi*. Rhenanus in veteri codice legi ait, *nec iusſi*,
,,ex quo bene etiam scriperis, *non ut iusſi*. LIPSIVS. MS.
,,quondam Pirheimeri, dein Comitis Arondellii, *nec ut iusſi*
,,conveniunt. Et sic legendum, aut quemadmodum Lipsius,
,,*ut iusſi*. Hoc est non tanquam ex lege & imperio, ut ad
,,diem edictum religiosa observatione occurrant; non quasi pa-
,,rentes imperio indicentis vel indicentium, sed veluti com-
,,modo & arbitrio suo. Ut illi advocati Plautini, qui *liberos*
,,*homines per urbem modico magis par esse gradu ire* consebant.
,,GRONOVIVS. Locus PLAVTI est in Poenulo AET. III. Sec-
,,na I. v. 19. non admundum ad rem praesentem faciens. Ago-
,,raftocles adolescentis perditurn lenonem in fabula advocatos
,,testes accelerare gradum volebat: hi indecorum sibi, ut li-
,,beris hominibus, existimabant, per vias urbis currere. Lo-
,,quitur hoc locus integer, & maxime verba iis, quae GRO-
,,NOVIVS adscripsit, proxima:

Servile esse duco festinantem currere.

„Germanis de decoro hic plane non sollicitis, quando ad Co-
,,mitia proficisciabantur, perinde erat, num testudineo an ve-
,,ro grallatorio gradu in via uterentur: id ex libertate affecta-
,,bant vitium, ut ne die statuto omnes adessent. Quod ad
,,varias lectiones attinet, Artolphi codex B. RHENANVM
,,in opinionem plane improbabilem conjecit, ac si saepius

VO-

TACITI narratione claret: *Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum,*
 b2 au-

„vocandi fuerint. LIPSIVS itaque emendando rō nec in-
 „jussi, in: nec ut jussi, converti voluit, quo sensu, ab eo-
 „dem non est adscriptum. GRONOVIVS creditit, rō nec
 „ut jussi codicis Pirkheimeriani, ut & LIPSII nec ut jussi,
 „idem valere ac: nec, tanquam jussi, convenient, ut ita pae-
 „se tulerint, non ex jussu, sed pro arbitrio se adesse. Mihī
 „Lipsianae emendationis hic videtur esse sensus, quod non si-
 „mul, nec ut jussi, sicut jussi, etiamsi jussi fuerint, convenerint.
 „Et idem vult vulgata & sat quidem commoda lectio: quod
 „non simul, nec jussi convenient. Micor Viros doctos hunc lo-
 „cum meditantes non observasse, duplex fuisse inter Germani-
 „nicas Gentes Comitiorum genus, alterum statum & ordina-
 „rium, alterum extraordinarium & repentinum. De illo
 „TACITI sunt haec: *Cœunt certis diebus, cum aut inchoatur*
 „luna aut impletur. Non unus in consueta Comitialis tem-
 „poris observatione Gentium Germanicarum fuit mos. De
 „hoc IDEM: nisi quid fortuitum aut subitum incidit. In
 „illo luna vel nova vel plena interpellabat pro homine, nec ul-
 „lo jussu erat opus. In hoc jussu regio, & rei agundae in
 „certum diem denunciatione negotium indigebat. Nunc
 „NOSTER de utroque Comitiorum genere: *Illud ex libera-*
 „*tate vitium, quod non simul, in diebus etiam solemnibus,*
 „*nec jussi, rege felicet in re ardua & quae moram non fer-*
 „*ebat, diem praestituente, convenient, sed plerunque & alter*
 „*& tertius dies cunctatione coquuntur absuntur.* GEBAVE-
 RVS. His pro praesenti tractatu hanc observationem adjicio,
 five cum B. RHENANO saepius vocatos existimes, five cum
 GRONOVIO credas, noluisti videri, convenire ex jussu, five
 denique in meas partes concedas, dandum tamen esse semper,
 fuisse jussos, & a quo quaequo quam a Rege?



audiuntur, auctoritate iudicandi magis quam iubendi potestate. Bella administrantur per Duces militares, sed summi Ducis personam plerumque Reges suscepisse, quis dubitabit in tanta militaris gloriae cupidine, & exemplo sunt Boiorix Cimbrorum Rex in campo Raudio caesus, Teutobochus Teutonum Rex ad Aquas Sextias captus, a) Ariovistus Rex Germanorum a Caesare e Galliis pulsus, b) Arminius c) Cheruscorum Princeps, TACITO teste, Quintilio Varo & Legionibus trucidatis haud dubie liberator Germaniae, & alii innumerabiles. Aequum est & Republicae salutare, ut ille, qui reliquias est pollentior & auctoritate primus, etiam dignitate & splendore emineat. Insignia fuisse quaedam Principatus magis proclive est credere, quam dicere, qualia illa fuerint. Interea praecipuum deicus Regum Principumque Germanicorum quaefieris in Comitatu. Ita enim TACITVS capite XIII. H.A.E.C DIGNITAS, hae vires, magno semper electo juvenum globo circumdari, IN PACE DECUS, in bello praesidium. Sed de hoc Comitatu plura dabo alio in loco. Supereft, ut de Reditibus Regum Principumque Germanicorum non nihil dicam, indicemque fontes, e quibus perpetui rivuli opum, sustinendae dignitatis causa, in eorundem thesauros se exonerarunt. Primus esto, fortunae privatae. Reges & Principes, si non splendide & magnifice, laxe tamen cum familia & comitatu habitasse, quis quaeso negabit? Regi negaverim, quod seruo datum esse, TACI-

a) FLORVS Lib. 3. c. 3.

b) CAESAR de Bello Gallico Lib. 1. c. 53.

c) Annal. L. II. c. 88.

CITVS noster innuit, suam quemque sedem, suos penates
rexisse? a) Adde, quod IDEM alio in loco b) memorat:
quaedam loca diligentius illinunt, terra ita pura atque
splendente, ut picturam & lineamenta colorum imitetur.
Hanc elegantiam profecto nullibi rectius certiusve, quam
in Regia domo, quaesieris. Servorum supra feci men-
tionem. His ita utebantur Germani, ut frumenti modum
dominus aut pecoris aut vestis, ut colono, injungeret. Non
servum unum alterumve, sed numerosam familiam fuisse
Regibus, frumentique & pecoris & vestis copiam inde
provenisse, manifestum est. Majores nostri armentorum
numero sunt gavisi, eaeque solae & gratissimae opes fue-
runt. c) His opibus vel maxime praeditos fuisse Princi-
pes in propatulo est: quibus si adjeceris multam variam-
que venationem, d) non obscurum erit, unde epulae &
quamquam inconti, largi ramen apparatus, qui Comita-
tui pro stipendio cedebant. e) Non omittenda sunt ma-
gna Equitia generosorum pullorum feracia, unde bellato-
res equi, quos fortissimi illi Comites una cum illa vi&tri-
ci cruentaque framea a Principis sui liberalitate exige-
bant. Latifundia & possessiones vel privatas vel publi-
cas (Domanialia & Cameralia bona sequioris Latinitatis
vocabus appellantur) Germani ignorarunt. Agri, in-
quit NOSTER, f) pro numero cultorum ab universis per

b 3

vi-

a) German. c. XXV.

b) German. c. XVI.

c) TACITVS German. c. V.

d) TACITVS German. c. XXIII.

e) TACIT. German. c. XIV.

f) German. cap. XXVI.



vices occupantur, quos mox inter se SECUNDVM DI-
GNATIONEM partiuntur. Principis, uti in civitate erat
prima dignatio, ita dubio procul in partiendo agro prae-
cipua fuit portio. Alter Reditum fons fuerunt Munera,
de quibus TACITVS noster in loco non uno. Capite V.
Est videre apud illos argentea vasa, legatis & PRINCI-
PIBVS EORVM MVNERI DATA, non in alia vilitate,
quam quae humo finguntur. Cap. XIII. de Principibus,
qui numero ac virtute comitatus eminent: Expetuntur
enim, inquit, legationibus & MVNERIBVS ornantur, &
ipsa plerumque fama bella profligant. Capite XV. Gau-
dient praecepue finitimarum gentium DONIS, quae non modo
a singulis sed PVBLICE mittuntur: electi equi, magna
arma, phalerae, torqueſque. Iam & PECVNIA M acci-
pere DOCVIMVS. Inter dona refert bonus noster COR-
NELIVS pecuniam etiam a Romanis publice missam, Ger-
mani dubio procul tributum appellarunt, vel annum pre-
cariae pacis mercedem. Tertia redditum regiorum /catu-
rigo spontanea subjectorum collatio. Elegantissime
TACITVS jus regium colore libertatis inductum depin-
gens capite XV. Mos est civitatibus (mos autem majo-
ribus nostris pro lege erat) ultro (en! libertatis simula-
crum non adhibito exactore) ac viritim (en! onus omni-
bus ac singulis commune, quod, ne quis defugiat, moni-
uisse, ad receptorum regiorum officium pertinuisse exi-
stimo) conferre principibus vel armentorum vel frugum,
quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit.
Quarto loco memoranda fuit mulctae. De his NOSTER
capite XII. Sed & levioribus delictis pro modo poenarum
equorum pecorumque numero multantur. Pars multae RE-

GI,

gi, vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur vel propinquus
ejus exsolvitur. Quintus denique fons, isque uberrimus
& perennis, praeda hostilis. Meminit ejus TACITVS
cap. XIV. magnum comitatum non nisi vi belloque tueare;
juncta Petilii Cerialis querela apud EVNDEM: a) Eadem
semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido &
avaritia. Haec sunt, quae de Regibus Germanorum
commentari placuit, oblata a Candidato summorum in
Iure honorum scribendi occasione. Id autem nominis
apud nos professus est

VIR PRAENOBI LISSIMVS
ATQVE PRAECLARISSIMVS
AVGVSTVS RVDOLFVS IESA-
IAS BVNEMANNVS
MINDENSIS

qui in fronte *Commentationis de Fidejusso usuras non jubeante Hannoverae 1749. 4. editae vitae ad istud usque tempus laudatissime peractae dedit publico descriptionem, quam hic repetuisse non poenitebit.*

Anno

a) *Histor. Lib. IV. c. 73.*

A. clo^{ro}CXXVI. die V. Maii Mindae propter Visurgim natus sum, patre IOANNE LVDOLPHO tum Reg. Bibl. archivi eccles. cathedral. & scholae Mindensis Reffore, jam Hannoveranae Scholae Directore & Societatis lat. Ienens. membro honorario, Calbensi Palaeomarchico, matre Sab. Euphr. Gaengelbachia Gerana Voigilandica. Natus fere in Bibliotheca amplissima parentis & schola inde a tenerima aetate latina, greca, hebraica, gallica, rem litterariam aliaque didici, ut vix puberis jam meminerint novellae litterarie, gratia singulari a Sueciae Rege excepti. Id quod stimulos subdidit currenti, ut maturius studium scholasticum explorerem in actu publico oratione greaca in jubilao, & deinde alia germanica ab abituriente habita, anno clo^{ro}CXXXIII. d. XXII. Apr. XVI. annos natus studioorum juris albo Halae inscriberer. Quum HEINECIVM, quo duce elementa tractare volebam, adhuc Halae expectarem, commilitonibus recitationibus privatis antiquitates & politicam explidavi. Deinde HEINECCIO adveniente, illum ligiam, jus naturae, antiquitates, historiam juris, institutiones, pandectas, jus germanicum & cambiale docentem pluries audiui. Sub LVEDWIGIO jus publicum, feudale, canonicum & historiam imperii didici. BÖHMERI patris in pandectas, pacem Westphalicam & jus canonicum, ejus filii, in jus criminale, GASSERI in positiones praeticas & economiam, ZSCHACKVITZII ad jus militare, recitationibus interfui, & reliquum temporis opuscula scribendi, & alios logicam, jus naturae, institutiones & pandectas docendo, transegi. Ultimo quoque anno theologis & medicis collegiis interfui, nepotem LVEDVIGII ex domino Krug de Nidda institui, & per omne fere academicum tempus doctissimorum IOACHIMI & BECQVIGNOLLII confortio usus sum. Immo LVEDVIGIVS, BÖHMERVS, HEINECCIVS, GASSERVS, & ZSCHACKVITZIVS, privatis colloquiis & ad bibliotecas suas me singulari favore admiserere. GEORGISCH, quum doctoris honores ambiret, me, ut ipsi publice contradicerem, cum doctissimis juvenibus L. B. DE LEVTRVM, BÖHMERO jam Gottingensi & IOACHIMO Halensi ICitis solegit.

Me-

Memini adhuc singularis publicae laudis, qua me tum maceravit ve-
 nerandus senex BÖHMERVS, & memini ut incitamenti dulioris
 ad majora. Anno clcccxxxv. summi equitum praefecti DE SONS-
 FELD & deinde Anno clcccxxxvii. Regis Prussiae status ministri
 praefidis Camerac Clivenſis & Mindenſis jam Caffelani, Nobilis Do-
 mini BORCKII e Brudlera gente antiquissima, Secretarius ſui.
 Anno clcccxxxix. Rex Prussiae singulari beneficio, quod director
 FREDERICKINGIVS mei cauſa regnauerat, mibi contulit, pree-
 via relatione pro ſtatu, munus Fisci camerae bellicae & domanialis
 Mindenſis, cum licentia cauſas perorandi, praevio Regininis ſolem-
 ni examine & periculo forenſi. Fateor, me ibi multa didicisſi egre-
 gis exemplis forenſibus KVLENKAMPII, CVLEMANNI,
 SCHRADERI, FREDERICKINGII, VON DER BEKIORVM ali-
 rumque ICtorum, qui Mindam immo omnem ordinem ICTorum or-
 nabant. Anno clcccxxxix. quum pater jam lares mutafet, vo-
 lente GRVPENIO & DE MEIERN Hanoveram conceſſi, cauſas came-
 rae civitatis Hanoveranae ejusque ecclesiſerum ſuſcipiens, quum re-
 latiōibus ex actis consulibus me probaſsem. Anno clcccxl. die
 XXII. Novembr. in numerum Advocatorum a ſummo appellationum
 Tribunali Regis, quod Cellis eſt, ſuſceptus ſum. Hic cauſas pero-
 rando & alios in iure & praxi erudiendo, & quotidiana praxi ab
 egregiis, quibus hic gaudeamus, ICis diſcedo hactenus vitam trivi.
 Grata etiam mente recordor, mei meminifſe Hanoveranum Senatum,
 & nuper Luneburgensem, illum, quum Syndici munus ante plures
 annos, hunc, quum Proto-Syndici munus vacaret. Simul veneror
 probos ICtos, qui ea maneva felicissima publicae rei elecione obtine-
 runt. Nec etiam haberem, cur iam aliam vitam exoptarem, quum
 sapiens quilibet non neſciat mortalium eam eſſe conditionem, ut sem-
 per aliquid votis reliquum maneat, nec abundantia atque ſplendidio-
 ra optima eſſe, niſi in expeſtatissimas converſiones aliam vitam ſua-
 derent immo urgerent.

* * * * *

Calidum est hoc, et si procul abest, urit male.

*Est taciturnum advocati munus, sterile & laboris plenissimum,
quo multum odii licet plane injuri paratur sine adulatio[n]e suu[n]t fa-
cientibus. Sed prudentiori cogitatione & exsp[ec]tatione meliorum
temporum multa ferre, immo inde ex adversis occasio[n]em altius nos
evehendi capere possumus; modo Deo, qui optime intelligit, quae
nobis utilia sint, confidamus.*

Adstat speculator desuper
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros respicit.

Haec edidi opuscula:

- 1) *De seruo apud Romanos medico, a. 1735. 4. Ansam praecepit SCHVLTZENI dissertatio de eodem argumendo.*
- 2) *De codicillis iudicti connubialis, 1736. 4. Excerpta hoc opusculo[n]um Illust[ri]s. A BEVST in Observat. milit. sere ad verbum.*
- 3) *Ad KLVGKISTIVM de veris duellorum limitibus conser-
tariuum, cum praefatione de nobilibus Germaniae jure belli instru-
ctis & adpendicibus: I. De veteris Germaniae statu legali. II.
De dissidationibus singularia. III. De nobilium Germaniae anti-
quae jure suprematus Sc. 1736. 4.*
- 4) *TREIBERO de excussione fenestrarum, adjectum opusculum de
studiosis bacchantibus tumultuantibusque, von schwerenden und
tumultuirenden Studenten, von der Puschten Freyheit, Wetzen,
Lichtweg. Vivat- Perpetrat- Rufen 1736. 4.*

5)

- 5) De sententiis ex periculo recitandis. 1736. 4.
- 6) Ad novissimam editionem GUNDLINGII ad institutiones manu-
scriptum communicavi cum bibliopola.
- 7) De nobilium Germaniae jure eligendi Imperatores. 1737. 4. cu-
jus partem alteram de electorum origine & tertiam de statuum
provincialium jure eligendi principes prelo paratas habeo. Il-
lam primam partem fere omnem suam reddidit: Gründlicher
Auszüge aus Iuristischen und Historischen Disputat. P. V. n. VIII.
p. 295-308.
- 8) Praefat. ad REDÉKERVM de sicutib. studior. 1738. 4.
- 9 THOMASII Kirchenrechts Gelahrheit P. I. & II. 1738. 4. In
quo libro germanicam versionem FUFENDORFFII adjeci, sed
doleo librum me absente non in glis purgatum esse a Theologis,
quorum censurae reliqueram, adeoque mea culpa non est, cuius me
reum reddere cupiunt die unschuldige Nachrichten, quorum au-
tori tamen injuriam hanc facillime remitto, immo & illis, qui
hoc pigmentum Regi opimo me nigrum reddere voluerint. Nam si
pictas & religio illos excitavit, laudanda voluntas, & mætitia si
instigauit, gaudeo me posse oblivisci injuriam, immo si beneficis
ulicisci possum facinus, hic publice fidem meam spondeo. Iustis
hoc affirmare possum, negligentiae Theologorum quorundam tri-
buendum esse, quod, quæ durius dixerat Thomasius, non miti-
gaverint, quum id ipsis incumberet. Immo licet non omnia Tho-
masii probari possint, tamen non u'ivis ita male dixit, ut quidam
Cyprianus nimis ducti autumant. Ad minimum falsi reus fuisset, qui
Thomasio suas non reliquisset cogitationes, temperandas licet qui-
busdam locis, dum suas supposuisset, quum Thomasum edere de-
beat. Fateor, etiam hoc, quod si scire potuissim, librum malo-



*exemplō fore, nunquam illum me e serinulis meis elabi passurum
fuisse.*

- 10) Controversiam sub nomine de Molderiff habui. cum SCHVVAR-
TZIO de novo archiofficio Imperii, quam egregius vir singulari-
plane doctrina plenis disceptatunculis immo integro sat spissō vo-
lumine disputavit, ut mibi honoris sit cum tanto viro manum con-
servisse, ticeper sonatus tela forsan iusfo duriore acutaque in me
eniferit, quam indagandac veritatis litigantibus opus fuerat. Sed
gratissima amicaque compositione finita est lis, quam L. B. EBNER
AB ESCHENBACH ora nostra inviseret. Immo uerque disputans
ea est virtute, ut vietus etiam dicere possem illud:

Solamen habebo

Mortis ab Aemonio quod sim jugulatus Achille.

- 11) Epistolam ad patrem Minda abeuntem. 1738. 4.
12) Repertoria über die Chur-Braunschweig-Lüneburgische Landes-
Ordnungen. 1740. 4. In postremorum Tomorum editione & collatio-
ne cum Cellensibus DE MEIER auxiliatrices praefiti manus.
13) Gedichte und Reden 1740.
14) Gedanken vom Ursprung und Gebrauch der Rechte in Deutschland. 1741. 8. Quem librum me recitante quidam Studiosus ca-
lamo exceptit & edidit, me id permittente.
15) Deduction abscitum Schulenburg contra Oynhausen & Consorten in
privato Emdischer Allodial-Gelder. 1748. 4.

*Horum opusculorum meminere Litterariae Novellae, Bibliothe-
que germanique, Nachrichten von Iuristischen Büchern, IAENI-
CHEN*

CHEN in biblioteca LIPPENII, BVDERVS in bibliotheca juris STRVII, STOLLE, nec non editor collegii literarii GVNDLINIANI & phares honorificentius & incitamento ad meliora. DE GÜNDERODDE im Staats-Recht opusculum quintum BRVNNEMANNO forsan errore typographi & GRVPEN opusculum secundum LVDEVVIGIO erronee adscripsere.

Vitae meae quaedam, & quae scripserim, jam habent praeter STOLLIVM ad HEVMANNVM MOSERI & postea VVEIDLICHII Lexicon der jetztlebenden Rechtgelehrten. Ultimus me censura, quo est filio, notavit, & fateor, justam esse, & me jam, vix juvenilia, libenter agnoscere peccata.

Plura edidi, quorum me auctorem profiteri e re mea esse nondum videatur. Sub prelo est Opusculum juris Germanici ad res villicas, contra REINECIVM; & jam typis paravi elementa historiae litterariae juris; jus publicum Germaniae antiquae; Poloniam tributariam Germaniae adjecto SCHVLTZIO de Polonia non tributaria; Volumina defensionum, gentis Borckiae prima capita, aliaque.

Ad ista, nobis monentibus, haec subtexuit:

Iam anno CLIXCCXLIX, consilium cepi petendi honores academicos & ea de causa adjectum specimen de fidejussore usuras non jubente ad disputandum elaborau, cui vitae meae brevem enarrationem praemisi; sed bene multae rationes in causa fuerunt, quo minus hoc tum fieret. Ab eo tempore in praxi forensi continuavi, neque, praeter enarrata opuscula, & quadam sine nomine edita, partim e gallico versa, nec non inserta der gelehrten Hannoverschen Anzeigen, alia edidi quam:

- 16) Commentationem de fidejussore usuras non jubente 1749. 4.
- 17) Assertionem de rusticorum libertate & operis contra REINECIVM, cum appendice quorundam de rusticis Mindenibus & Schauemburgicis fide diplomatum & rerum judicatarum 1750. 4.



18) Schediasma de Sigevino Archiepiscopo Colonensi 1750. 4.

19) Historiae litterariae juris primas lineas 1750. 8.

Ceterum dedi Bibliopolae Volumen gemischter Anmerkungen & opusculum: de Gerone Marchione, ut typis exscribi cureret. Typis paravi praeter enarrata opera in vita mea, aliaque nondum ad umbilicum perdusta: Constitutionem criminalem Caroli V. cum differentiis juris I. V. D. E. W. I. G. I. & meis notis; item Lexico verborum, quibus fures utuntur: nec non, Codicem Oberfuationum juris. Quasdam elaborauit in carnis Illustrium Deductiones & juvenes nonnullos bonac spei ad studium juris academicum praeparavi, inter quos KESTNERVS periculis Dissertationum & Responsorum ex jure civili 1750. 8. egregia specimina diligentiae juvenilis dedit.

Nemo non videt, P R A E N O B I L I S S I M U M V I R V M ob candorem, probitatem, modestiam singularem, eruditionem multijugam, & industriam plane indefessam ab bene longo tempore Honorum legitimorum fuisse merentissimum Candidatum, in cuius gratiam ea, quae ab aliis praestanda sunt, si res fuisset nostri arbitrii, facile neglexissemus. Maluit tamen dignissimus Candidatus obtenerare Legi Regiae, ea jubente ad textus utriusque Iuris est in nostro confessu commentatus, & postea de variis Iuris capitibus nobiscum est collocutus, & recte quidem, cum illi, egregie dicere, nobis, animi dotes singulares explicantem auscultare, omnino fuerit voluptati. In horum consequentiam die crastini, die laeta & ausplicata, utpote in quam prima initia, & restauratae purioris Sacrae

crae doctrinae, & Georgiae Augustae nascientis incident, a) in ICtorum Auditorio Legem 22. C. de Nuptiis lectione cursoria illustrabit, & Dissertationem Inauguralem de Sponsae partu spurio sine Praefide publice tuebitur, quo facto decreti Honores, praecitu & assensu SPLENDIDISSIMI VNI-
VERSITATIS CANCELLARII, eidem meritissimo ejus a me conferentur. Istam Panegyrym ut MAGNIFICVS PRO-
RECTOR, CVM SENATV, ILLVSTRISSIMI COMI-
TES, ILLVSTRES GENEROSISSIMI NOBILISSIMI-
QVE CIVES, HOSPITES, COMMILITONES sua
praesentia illustriorem ornatioremque reddere velint,
officiosissime a me rogantur. P. P. Gottingae XXX.
Octobr. ccccliii.

- a) Vide, si lubet, *Monumentum D. celeberr. GESNERI, Col-*
legae honoratiss. Brevi Narrationi de Georgia Augusta condi-
ta adjectum p. 35.



U.L.D. Hause
100.000.000

Göttingen, Diss., 1753 A-C



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches



ORDINIS IVRIDICI

DECANVS 1753, 14

GEORGIVS CHRISTIANVS
GEBÄVER D.

AD VIRI PRAENOBILISSIMI
AVGVSTI RVDOLFI IESAIÆ
BVNEMANNI

SOLENNIA IN AVGVRALIA
INVITAT

SIMVL NONNVLLA

DE

REGIA APVD GERMANOS POTESTATE
AD TACITI GERMAN. CAP. VII.

COMMENTATVR.

GOTTINGAE

PRELO GEORG. LVD OV. SCHVLTZII, ACAD. A TYPIS.

1753.